

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XCVII. Sua confirmet Scripturae Testimoniis selectis & maxime congruentibus &
quantum ponderis in unoquoque sit, breviret ostendat.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

ti maxime sit insistendum, an Explicationi textus & doctrinis tractantibus, an earum usui & applicationi? Respond. Quandoque explicatio textus alicujus difficilioris, aut doctrinae ejusdam uberior tractatio valde necessaria est, ordinariè tamen & regulariter præcipua opera Concionis in usu & applicatione collocanda est, 1. Quia usus & applicatio est finis tam *ἐξ*egyas textus, quam doctrinarum, 2. quia majorem habet utilitatem & necessitatem in maximâ parte auditorum, ut patet quorum nani nihil difficilius admittunt, neque conditio eorum quidquam magis desiderat, quam efficacem accommodationem Verbi ad conscientias illorum, voluntati divinæ in omnibus subji-ciendas.

XCVII.

Sua confirmet Scripturæ Testimoniis selectis & maxime congruentibus & quantum ponderis in unoquoque sit, breviter ostendat.

Εὐχρηστος.

OMne firmamentum Concionatori è Sacris Biblicis petendum est. Ut stellis cœlum, & gemmis corona decoratur, sic divinarum sen-

sententiarum luminibus illustratur sacra Oratio. Et si turpe est in Schola Philosophica sine probatione quicquam velle statuere, quanto turpius foret Ecclesie Doctore sine Scripturae testimoniis aliquid affirmare. Si erubescit Jurisperitus loqui sine legibus, erubescat & Theologus loqui sine Scripturis, cujus lemma merito illud Petrinum est; *ὁ δὲν ἀρετὴν γὰρ φησὶ*, referente *Clemente Alexand.* VI Siromat. Ita *B. Lutherus* docet Tom. I. Latin. Jenens. fol. 44. in responsione ad Dialog. Sylvestri Prioriatis; *Si apud Juriconsultos proverbium recipitur; Turpe est Juristam loqui sine textu. Tu vide, quam sit honorificum, Theologum (qui maxime omnium debet,) loqui sine textu, quem Apostolus jubet calceatum esse pedibus in preparatione Evangelii & Episcopum potentem, non in Syllogismis & opinionibus hominum, sed in doctrina sanâ, nimirum eâ, quam alibi divinitus inspiratam vocat. Recte Hieronymus in Epist. ad Titum; Sine auctoritate Scripturarum garrulitas non habet sed* (*Chrysost. in Pl. 95* verissima est sententia); *Si quid dicitur absque Scripturâ, auditorum cogitatio claudicat, nunc arripiens, nunc hesitans, & sermonem intendum, ut frivolum averfans, interdum ut probabilem recipiens. Verum ubi ex Scri-*
pturâ

pturâ divinæ vocis prodiit testimonium
 & loquentis sermonem & audientis ani-
 mum confirmat. Necesse est, inquit Cyrillus
 Hierosolymitanus Episcopus Catech. IV. de di-
 vini fidei Mysterius nec sine S. Scripturis temerè quic-
 quam tradere, nec simplici credulitate & verborum
 apparatu circumferri; neque mihi dicenti simpliciter
 credas, nisi demonstrationem annuntiatorum ex S.
 Literis accipias. Salus enim ipsa fidei nostra non ex
 commentitia disputatione, sed ex demonstratione est
 aivinarum Scripturarum. Clemens Alexandrinus
 lib. VI. Strom. dicit; Sine Scripturâ loquimur
 nihil. Et Nazianzenus in Orat. de Modestîâ;
 Loquere, ait, quæ sunt Spiritus, & si possibile est,
 nihil aliud. Sermo itaq; Oratoris Ecclesiastici,
 S. Scripturârû phrasibus & dictis commodè sit
 intertextus, & secundû Hieronymum Tom. I. ad
 Nepotianum de Vitâ Clericorum, Scripturârû
 lectione conditus. Ubi tamen observandæ Re-
 gulæ sequentes; I. Testimonia Scripturæ non tam
 cumulari & numerari, quàm appositè citari de-
 bent. Divinis gravibusq; sententiis dum ad-
 ditur numerus, pondus detrabitur, inquit Augu-
 stinus Lib. IV. de doctr. Christ. cap. 20. Accu-
 mulatio probationum non necessaria & im-
 modica dictorum parallelorum ex Concor-
 dan-

erunt

dantiis repetitio, odiosa est & supervacanea, & vel iudicii defectum, vel ingenii & memoriæ ostentationem aliquam præ se ferre videtur. Ingentem cumulum sententiarum Scriptura coacervare, & veluti nimbum aliquem densum effundere, etiam in iis materiis, quæ operosa probatione non indigent, magis ad vanam ostentationem piis ac cordatis odiosam, quàm ad edificationem facit; inquit Rebban Concionator. cap. IX. Monit. 16. pag. 357. seq. Falluntur, qui existimant, se quàm purissimè λόγια divina prædicare, cum dicta Scripturæ catervatim & catenatim effundunt. Officiunt quoque Auditorum memoriæ, qui extor dictorū farragine, quibus cogitationes distrahuntur, nullū recte memoriæ infigere possunt.

II. In confirmando themate dicta classica, evidentissima, selectissima & maximè stringentia omnibus aliis probandi mediis sunt præponenda. Rectè Thomas monet part. I. quæst. 32. art. I. Cum quis ad probandam fidem Christianam inducit rationes, quæ non sunt cogentes, cedit in irrisionē Infidelium; Credunt enim, quod ejusmodi rationibus innitamur & propter eas credamus. III. Sententia Scripturarum non nostris verbis, sed verbis in ipso Codice Bibliorum Germanico, seu Versione B. Lutheri consignatis allegantur & effera-

ferantur.

ferantur: Longe enim majorem habent auctoritatem, si ipſius Spiritus S. vocem atq; verba citari populus intelligat, quam ſi noſtra verbis ea teſtimonia circumſcribere ſtudeamus, ut bene monet B. Hunnius loc. ſæpius alleg. col. 1033. præcepto IX. In citandis divina Scriptura locis Orator Chriſtianus ſit fidelis, inquit Carol. Regius de Orat. Chriſt. Lib. VI. cap. XXIII. & accuratus, non mutet verba, neque tranſponat, neque addat de ſuo, ſed integrè, fideliterq; iſdem verbis eodem ordine referat, ut in noſtra verſione habentur. IV. Illa Teſtimonia ſcripturae tantum adducenda, quæ ſcopo ſunt convenientia, & ad propoſitam materiam confirmandam in primis faciunt, reſectis illis, quæ ad rem præſentem non ſpectant, vel à ſcopo aliena ſunt. Hac in re multa peccant homines loquaces & indocti, qui rudem plebeculam undecunq; accerſitis ſententiis & verbis Scripturae ætonitâ tenent, quàm bene cohæreant, nihil interim penſi habentes. Quandoq; Scripturae dicta tantum occasionaliter & propter identitatem unius voculæ, quæ in utroq; loco habetur, allegant. Nec nulla, nec omnia, ſed potiſſima ſolum & fundamentalia Scripturae dicta, & quæ ſcopo propoſito conveniunt, citare decet Concionatorem, cum illud ignorantie

tue

tia, hoc verò ostentationis speciem præ se ferat,
 V. Cum Scripturæ testimoniis maximè omni-
 um nostrarum Concionum firmitudo innita-
 tur. Nullum enim argumenti genus afferri
 potest, quod magis sermones sacros confirmet,
 illustret, eisquè robur afferat, quàm sententiæ
 & verba Spiritus S. Ideò *præcipuorum Scriptu-
 re dictorum, cum vis ac emphasis, tum ad præ-
 sens institutum accommodatio & applicatio bre-
 viter & appositè signari & notari debet*, additâ
 brevi paraphrasi, monentibus *Rebhan* Conci-
 on. cap. IX. monit. 17. & *B. D. Carpzovio* Hodeg.
 pag. ii. Non enim parum facit ad docilitatem,
 si divina oracula concinnâ & succinctâ quadam
et cetera ac *et cetera* illustrentur & decla-
 rentur. Rectè *Alstedius* in Orat. Lib. VI. de
 Rhetor. Eccles. cap. 6. *Si auditores, inquit, di-
 ctum citatum videantur non intelligere (Captus*
enim auditorum est Postilla Concionatorum)
addenda est explicatio. Benè *Regius* loco cit.
 cap. XXIV. pag. 259. *Sunt permulti, inquit, qui*
magnum Scripturarum acervum in unâ Concione
accumulant, & ad singula momenta, plerasque ha-
bent ad manum paratas auctoritates, vix tamen
ullam earum expendunt, ut præter inanem memo-
rie ostentationem fructus inde nullus existat. I-
tem; Nec aride propanat verba divina, sed cum

emphasi & majestate, cum energiâ quadam, sicut decet verba Dei, non hominum. VI. Nervosas & maximè notabiles Bibliorum sententias quandoque crebrius repetat Concionator. Salvator noster id fecit, qui in eadem Concione intra paucos versus ter istud repetiit; Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non exstinguitur. Marc. IX. 44. 46. 48. Hunc Concionatorem, verè Magistrum artis, imitetur Evangelii præco. VII. Cavendum, ne Scripture testimonia prolixius allegentur, quàm præsens institutum postulat, sed præcedentia & sequentia, quæ propriè ad præsentem scopum instituti nostri non faciunt, prudenter rescendantur. VIII. Dictorum ex Libris Apocryphis, in dogmatibus asserendis & confirmandis, sit parvior, in moralibus crebrior allegatio. IX. Etiam familiaria & notissima dicta cum emphasi & gravitate quadam sunt adducenda. Nam usitatum hoc est quorundam vitium, ut quando dictum aliquod notum & familiare, pro concione adducendum sit, id admodum frigide, & quandoque cum tanta vocis celeritate & præcipitantia faciant, ac si quædam lapidea moles per scalas dejiciatur, ut benè monet D. Christ. Chemnitius Method. Concion. pag. 95. X. Historiæ verò Sacræ & textus prolixiores non citentur ad verbum, sed libero sermonis fluxu à
Con-